

Autor E Carl Otto Gettenberg.

Q.D.C. 181.

39



MEMORIAM BORNIANAM

D. XII. IVNII

ORATIONE SOLEMNI

IN

AVDITORIO ICTORVM

PIE COLENDAM

INTIMANT

ORDINARIVS

SENIOR ET CETERI ASSESSORES

FACVLTATIS IVRIDICAE.



*e Compte momenti, quo Concursus Creditus dicitur Mylius
mabit, in loco sacerdotis*

MEMORIA
BORNIANA
D. XII. IANUARII
GRATIONE SOLEMNI
IN
AUDITORIO IOTORVM
PIE CORFENDAM
TITULANT
ORDINARIAS
SENIOR ET CETERI ASSISTORES
LVCALITATIS IURIDICAE



ere satis *Labyrinthum* dixit FRANCISCVS
SALGADO DE SOMOZA campum,
quem ingrediuntur creditores, qui ad con-
cursum provocant, in quo scilicet non tan-
tum exitus spinis sepibusque obsitus est;
sed et ipse aditus quandoque incertus appareat. Si qua
enim in re, patrimonii tuendi causa, tempori inservien-
dum est, in hoc praecipue attendi debet, quando credi-
torum vel inconsulta credulitas, et indulgentia, vel praecipi-
tantia aduersus debitorem nihil moderabile suadet.
Vigilantibus equidem jura civilia scripta esse, grauiter
SCAEVOLA monet, l. 29. ff. *Quae in fraud.* ut vitio
verti nequeat creditori, si concursum aliorum praeuidens,
in tempore sibi prospexerit. Cum vero hoc in
puncto quasi consistat, omne tulisse merito censendus
est, qui illud obseruat, neque capillatam debiti oppor-
tune ac legitime obtinendi occasionem praetermittit,
neque in fraudem reliquorum concreditorum contra ius
aliquid tardius molitur. Hoc igitur temporis punctum
in foro Saxonico traditus, duos ante omnia O. R. S.
titulos XL I. et L I. coniungendos existimo, quod quae
in utroque, de computo momenti, quo concursus inci-
pit, edicta sunt, non a se invicem divelli, sed conciliari
debeant. Veteri enim ordinatione Processuali de hoc
puncto non ambigebatur, et iuxta Tit. XL VIII. et L I.
ex hora, qua arrestum imponebatur, ius reale incipiebat,
ac ex momento, da dem Schuldner der Kummer ange-
kündigt, oder sonst zu seiner Wissenschaft erweislich ge-
bracht

bracht worden, libera disponendi facultas in debitore cessabat.

Posteaquam vero nouo iure §. vn. ad Tit. XLVIII. et LI. grauibus de causis impositio arresti sublata est, insimul momentum temporis, quo libere adhuc cum debitore agi possit, incertum quodammodo fieri coepit, et nodos in scirpo quaeſiuere interpretes, dum, ex quo tempore iudicium concursus proprie inciperet, ac debitoris libera rerum administratio suspenderetur, fluctuarunt. Pressius enim quidam verb. init. §. I. ad tit. XL I. inherentes, captare haec, et ex tempore, ~~wenn~~ mehrere Gläubiger zusammen kommen, initium concursus capiendum esse existimarunt. Qui autem his verbis in se et simpliciter spectatis concursum creditorum grammaticice notari non nego, ex eo tamen, si vel in diuersis, vel in eodem iudicio plures creditores contra eundem debitorem processu ordinario, executio aut cambiali agunt, iuris sensu concursum incipere non video. Non enim ex litibus creditorum in genere, aut ex earum numero, sed ex qualitate illarum, quid intendant, aestimandum est. Diuersa quippe sunt, si complures, vel ut singuli iura sua persequantur, vel ut socii communem quasi causam contra debitorem fuscipere, et pro speciali quae singulis competit, iuris ratione, omne debitoris peculium inter se diuidi postulent. Multum equidem distat, utrum quis executione ob debitum singulare, aut personali arresto ex cambio imperato suum consequi velit, an vero omne peculium debitoris, ubi nulla spes subest, sibi aliisque concurrentibus

bus creditoribus distribui intendat. Quum adeo iura
inuitis non obtrudantur, contra intentionem agentium,
qui ad iudicium vniuersale non prouocant, sed parti-
culari experiri malunt, iudex, etiam multis sed singula-
riter agentibus creditoribus, ex officio ad interdictum
nequaquam procedere poterit. Eadem iuris ratione
etiam permultis creditoribus simul, sed separatim, nec
modo ad concursum quadrante agentibus, debitor, si
citra dolum fiat, alienare, hypothecas constituere, ce-
dere, donare, soluere, ac vni p[ro]ae aliis satisfacere pot-
est; nec reuocari debet, quod singuli perceperunt.
Neque ad asserendum concursum sufficiet, si verbis ini-
tialibus d. §. sequentia: und es sich äussert, daß der
Schuldner in Abfall seiner Nahrung gerathen, also ein
concursum creditorum entsteht re. iungas. Quamuis
enim creditoribus suum ex re iudicata vel documentis
liquidis persequentibus, iudex imploratus, illo qui d. §.
praescribitur, iuris seruato ordine, non nisi probato
prius vel notorio bonorum lapsu satisfacere possit, et
hoc sensu verba allegata Ordinationis, per modum con-
ditionis sine qua non, inserta sint, sola tamen debitoris
paupertas, et quod plures forsitan creditores actiones
iam instituerint, hunc labyrinthum non aperit. Sub-
est enim creditorum arbitrio, num debitori etiam
egeno parcere, et quod vel parum inter omnes distri-
bui posse praeuideant, vel fidem honesto viro diutius
habere satius ducant, a iudicio vniuersali abstinere ma-
lant. Rectius inde verba initialia §. I. ad tit. XLI. ex
§. vn. ad tit. LI. explicantur, quo legislator solenni ar-

resti abrogatione praecedente, creditoribus aliam pro-
cessus concursus aperiendi seruandam rationem verbis
es soll aber an dessen statt denen Gläubigern frey stehen,
wenn der Schuldner in Abfall der Nahrung gerathen,
sich bey dessen Obrigkeit zu melden, und daß demselben
durch eine gerichtliche Auflage die fernere alienation, und
Verpfändung seines Vermögens untersaget werde, be-
hörig anzusuchen, die ihnen denn, wenn sie ihre For-
derung nebst dem Abfall der Nahrung des Schuldners
einiger massen bescheinigt, ertheilet werden soll ic. praes-
scripsit; quibus ipsis si verba sequentia d. s. his vero ex
§. I. ad tit. XLI. a verb. soll aber, vsque ausgeschlossen
werden, subiungas, clarius de momento temporis, quo
vsque creditores suum singulariter persequi, et debito-
res libere vni p[ro]ae altero soluere possint costabit. Flu-
unt igitur ex verbis his coniunctis sua sponte variae po-
sitiones: Momentum temporis ex vna parte liberae ces-
santis administrationis in erogandis et accipiendis ad ef-
fectum liberationis pecuniis, ex altera vero iudicii vni-
uersalis coepti, ex eo aestimandum, ex quo die gericht-
liche Auflage, dadurch alle fernere alienation und Ver-
pfändung des Vermögens untersagt, ertheilet worden:
Etiam vnicum creditorem verb. wenn schon der Schuld-
ner mit dem ersten creditore; so solch Verbot ausge-
wirkt, sich vergleicht ic. si debitum liquidum et debito-
ris paupertatem probet, eiusmodi interdictum rogare,
idemque a iudice concedi posse: Nisi interdictum hoc
specialiter a creditoribus rogatum sit, ex officio a iudi-
ce nihil suscipi posse, licet et pluralitatem creditorum,

et



et inopiam debitoris sciuerit: Vsque ad momentum
temporis, quo interdictum debitori insinuatum, aut iu-
dicialis obsignatio decreta est, huic et impune solvi, et
ab illo debita exigi, omnesque contractus qui fraude
carent, iniri posse: denique ab illo tempore omnes ex-
actiones singulares, cambiali tantum excepta, cessare.
Falluntur igitur, si nexus singularum positionum inter
se conferas, non modo illi, qui a multitudine credito-
rum, aut ab actionibus frequenter in eodem vel diuerso
iudicio contra debitorem institutis, et probata vel no-
toria inopia debitoris, initium concursus statuunt; sed
et, qui ab affixione edictalium hoc demum deducunt.
Licet enim iubente §. 2. ad tit. XLI. ipsa creditorum
citatio ad liquidandum non differenda, sed sub initium,
hald anfangs, sit expedienda, actus tamen, qui sub initium
institui debet, ipsius rei initium non est. Con-
tingit insuper haud raro, ab ipso interdicto et obsigna-
tione ad publicationem vsque edictalium tempus quan-
doque variis praetextibus, et qui frequentissimus est,
spe compositionis amicabilis, et transactionis multum
extendi; in quo ipso tamen interuallo debitorem a re-
bus administrandis et negotiis tractandis remotum esse,
dubitari nequit. Addi interim adhuc aliis terminus a
quo ex §. 3. Mandati contra Bancae ruptores d. Anno
1724. potest, si debtor obaeratus sponte sua et facul-
tates et debita coram magistratu profiteatur, et iura-
mento, bis zu Endigung der Sachen etwas an aussfe-
henden Schulden weiter nicht einzuhaben, oder von sei-
nen effecten zu veräussern, oder sich sonst des geringsten
nicht

LIMBURGIAE 27. VIII. 1724.



Re 1983 A X 2985701

nicht anzumessen, noch einen der creditorum vor dem
anderen zu befriedigen, oder ihm in andre weise zu grati-
ficiren, caueat. His igitur temporum periodis obser-
uatis quilibet creditorum suis commodis inuigilare non
prohibetur, et solertia magis quam fraus haberi debet,
si quis in tempore iter ad labyrinthum prudens declinet.
Nos interea obseruatione hac, problema quod in Aetis
Ordini nostro oblatis saepius et iudices et partes ancipi-
tes tenuit, enodandum et Memoriam *Ictorum Summo-
rum BORNORVM, IACOBI et IOHANNIS
FRANCISCI, patris et filii condecorandam existi-
mauimus. Quum enim vterque illorum dum viueret, ut
iura certiora fierent summo quo quisque potuit, studio
allaboraret, et liberalitate iuuenem bonaे spei in addi-
scendo iure post fata quoque recreare vellet, vtriusque
memoriam non impensis coli credidimus, quam si fo-
lenni alloquio spinas iuris ad illorum sepulcra eradica-
remus, eademque rosis ac liliis non fucatae Iurispruden-
tiae ornaremus. Oratione adhuc publica *Dn. Carolus
Ferdinandus Hommelius, Lips. Mjsn. de Legibus an-
tiquis ante Saeculum V. in Germania usitatis, vtrius-
que munificentiam venerabitur, cui ut die XII. Junii
hor. IX. antem. RECTOR ACADEMIAE MAGNI-
FICVS, Comites illustrissimi, et vtriusque Reipubli-
cae proceres, nec non generosissimi et nobilissimi com-
militones interesse non grauentur, et nobiscum recor-
dationem tantorum Virorum pie colant, obseruantia
qua par est, rogamus, et nostra vicissim officia vnicuique
spondemus.* Dab. Dom. II. post Fest. Trinit.*

M DCC XXXIX.

LIPSIAE, TYPIS LANGENHEMI.

Vd 18

Autor & Carl Otto R.

Q.D. 181.

39

MEMORIA BORNIA

D. XII. IVNI

ORATIONE SC

IN

AVDITORIO IC'

PIE COLEND

INTIMANT

ORDINAR

SENIOR ET CETERI A

FACVLTATIS IVR



le Computo momenti, quo Concurſy Creditur māj. h. formidatione.

Farbkkarte #13

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	DFG
1										
2										
3										
4										
5										
6										
7										
8										
9										
10										
11										
12										
13										
14										
15										
16										
17										
18										
19										
20										
21										
22										
23										
24										
25										
26										
27										
28										
29										
30										
31										
32										
33										
34										
35										
36										
37										
38										
39										
40										
41										
42										
43										
44										
45										
46										
47										
48										
49										
50										
51										
52										
53										
54										
55										
56										
57										
58										
59										
60										
61										
62										
63										
64										
65										
66										
67										
68										
69										
70										
71										
72										
73										
74										
75										
76										
77										
78										
79										
80										
81										
82										
83										
84										
85										
86										
87										
88										
89										
90										
91										
92										
93										
94										
95										
96										
97										
98										
99										
100										